

IO > PIERIVS VALERIANVS AD COSMVM MEDICEM FLOREN- TINORVM DVCEM, DE IIS QVÆ

*per Leonem significantur, ex facris Aegyptio-
rum literis.*

[A]



V L T A quidem funt, quæ Leone fuper tam philofophi quàm hiftorici, neq3 nõ arufpices differuere: fed neq3 veriora, neq3 admirâda magis ab eorû vllo, quàm ab Ægyptijs facerdotibus & obferuata, & pofteritati cômê data funt: tot ea fcilicet extât, quæ viri illi totius aufim dicere arcanorum naturÆ confcij, fuper animaliû ingeniis maximè omniû diligenter explorauerunt. Eam verò effe in Leone præftantiam norint omnes, vt vel fingula eius membra non eorû tantùm facerdotû inuêtionem, fed & gentiû, æ tatumq3 penè omniû cõfenfu, myftici alicuius fignificati argumentû prebuerint. Tot funt veterum monumenta, in quibus Leonina facies variis hiroglyphicis expreffa nûc magnanimitatem, nunc animi corporis'q3 vires, nunc Solem & terram, nunc natorum erga parentes obfequiû, nûc animi domitorê fignificat: aliis mox pictu[B]ris amoris petulantia, oratoriæ partem facultatis, vigilantiam, cuftodiam, terrificum hominem, dominatorem, Nili incrementû, clementia, vindictam, & pleraq3 alia cõmonftrabat. Nulla tamen naturæ vi admirabilior effe iudicat quam ipfa qua egregiè pollet magnanimitate. Ab ea igitur primùm omniû ordiemur, [De magnanimitate. Leonis.] quam Ægyptij facerdotes ea de caufa per Leonê pictû intelligi volebât. Quòd inter quadrupedes nullû aliud animal præftare magis animo exploratû habuere. Eam præ terea Leonis effe imaginem, vt magni & generofi animi fimulacrû præ fe ferat, vt in Phyfiognomorû obferuationibus inuenitur. Caput enim magnum habet, pupillas ignitas, faciem obrotûdam, & ad radiorû fimilitudinem iubas vndecûq3 diffufas, quibus colla armos'q3 veftiat. Id enim Leonum genus animofius effe theatra Romana fæpius oftendere. Atq3 h, e quidem, quò diffufe magis, vulnerû eò magis cõtemptum indicant. Eos Homerus [illegible] appellat; de quibus dicitur, leonê no terreri laruis, neq3 à fubula excipi. Quare Diogenes cùm apud Xeniadem feruiret, amicis volêtibis eum redimere, negauit velle fe: [C] A nefcitis, inquit, Leones nõ iis

feruire à quibus aluntur, fed altores potius feruire leonibus~. Pari magnanimitate Antigonus Demetrii filius, cùm m vrgentibus hostibus olim retrocedere cogeret, negabat se fugere, fed vtilitatē à tergo fitam perfequi. Huiusmodi verò faciem horridè iubatam in morem hiftrici irritatæ aspicias in Antonini nummo, quales'q3 illi funt, quos throno Solis Aegy[Antonini numisma.]ptij subiecere affinitatē demonstrantes, quam cum ipso Deo iubarū imitatione habere videretur. Nam degeneres ac perinde pauidiores illi omnino funt, qui crispioribus. Breuioribus'q3 funt iubis. Neq3 aliud sibi vult diuina lectio, cùm Dei populum sicut catulū Leonis exurgere, & sicut leonem exilire scribit. Quanta enim illa funt indicia magni animi, cùm victo seculi terrore, spretis'q3 corporis poenis, igni, bestis, tortoribus'q3 traduntur: despiciunt enim & contemnunt omnia quæ funt [2 Pierii Val. Leo, fide] in potestate mortaliū, & imitatur eum, qui Leo de tribu Iuda nuncupatur: atq3 [D] hic demū ille ille homo est impavidus, qualem dari sibi Democritus postulabat ad summi boni specimen, qui scilicet animum à terrore liberasset.

Alvū verò, Admetū leonem & aprum iūxiffe, ex quo illū animi corporis'q3 virtutes copulasse intelligendū. Per leonem enim animi vim: per aprum, vt suo loco dictum, robur corporis interpretantur. Addūt, eum eodem argumento Apollini atq3 Herculi acceptissimū fuisse, quos media sapientia & ingenitæ cuiusdam virtutis indole sibi conciliasset. Quinetiam Poëtæ ferocer in bello viros ζυμολε'οντας vocare confueverunt.

R O B U R .

Est & illud hieroglyphicum, per anteriora leonis robur significare, propterea [E] quòd in eo animali membra illa robustiora funt: ab excellenti enim vi quadā vniuscuiusq3 rei significata sua Ægyptij defumebant. Expressit robur hoc Lucret. Carus cùm ita scripsit:

Principiò genus acre leonum fæ uaq3 fæcla

Tuata est virtus.

Neq3 alia de causa leonem coelo adscriptum multi prodidere, nisi quod fol eo tempore quo signū id permeat, maximè fit validus atq3 robustus, moxq3 degeneret in posteriora declinās. Quia verò, vt Pausanias ait, decete bellatorē hominem in cōflictu aduersus hostem, omni posthabita m̄afuetudine atq3 clementia fæ uire, Lacedemonij Martem ζυροται(?) appellauere: eo'q3 spectare Homericum illud ait de Achille dictum, λιον δ ωσ αγρθ οιδοι(?). Cuiusmodi signum in Simandij Ægyptiorū regis nominatissimi sepulchro spectari filitū autores tradūt, quem leonis specie figuratū hostes in fugam vertere vidiffes, vt ex eo & animum & robur & vigilantiam regis perspicere liceret.

